TUTO THARISIENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gebat deinceps reconciliata sibi saluatoris
uestigia. idoq; rursus oportunitate accep
ta. nil iocundius estimabat. quam ad audi
endum uerbum tanti magistri pedibus assi
dere. Et hic nichilominus solite contentio
nis exercebatur studio. sciens quia regnum
celorum uim patitur. & uiolenti diripiunt
illud. Sicut enim in domo symonis ut iam
dictum est. gratiam pripe festinauit hospi
tis. multiplicioribus ac deuotioribus in
tenta officiis. ita & nunc suscepto domino.
hospitalem famulatum euincere studuit
sororis. Pharises dominum inuitauit. cum
uiuum exhibuit. & tamen quid in hoc hos
pitalitatis officio neglexerit. quamquam
multiplicitur peccatricis diligentia ipsius
iusticie prelata fuerit. pronuntiante iudi
ce audiuit. At Martha cum suscepisset
dominum. usitato hospitalitatis studio satage